& veluti breviarium ad usum proprium habui. Unde
non ignoto hoc incessor Epigrammate, sed immeritò:

Et verba antiqui multùm furate Catonis
Crispe Jugurthinæ conditor historiæ.

Operam insuper dedi clarissimo Atheniensium historiogra-
Thucydidi, quippe cujus scripta diligenter perlegeram; in
usum meum converti, qua de causa Vellejus Paterculus
æmulum me Thucydidis nominarit. In conversatione
id semper observavi, quod vulgò circumferri cœpit: Fre-
quenter cum iis conversare, quorum familiaritate ac
consuetudine melior æque ac doctior fieri potes. Cum ejus
tur ordinis Viris amicitiam inii, iisdemque familiariter u-
sum, qui & doctrinâ & ingenio maximè clari. Erat in his
optimus Imperatorum Græcorum præco Cornelius Nepos,
Messala, & P. Nigidius Figulus, aliique non infimi subsellii
Viris. Non frustrà hinc meum studium fuit, quod
nis artibus addiscendis impenderam; nec frustrà eti
quicquid temporis quotidianæ cum viris laudatis conver
tioni dederam: tantos siquidem fructus studii & conver
tionis illius percepi quondam, ut ne verbis satis à me ex
primi queant. Tam insignem scilicet hoc pacto mihi
paravi eruditionem, & tantam rerum optimarum sci
tiam cum summa eloquentia conjunctam, ut & mei & se
oris ævi Scriptores facilè mihi herbam porrigerent. &
autem eruditionis & bonarum literarum hoc ferè pro
prium, fit ut sui studiosos nequaquam in tenebris jacere
sinant; sed in apertissimos honorum & dignitatum cam
pos producant, multisque gloriæ & famæ nunquam inte
moriturae præmiis adornent, nec frustrà se à me coli
toperè voluerunt: quin potiùs amplissimis gloriæ & im
mortalis famæ insignibus me ornare cœperunt.
Quid enim? nonne literarum beneficio fiebat, ut